

nostris Jctis objecerunt, cujus specimen praeter THOMASIVM ex aliis dederunt KESTNERVS, Jctus Rintelensis, Schediasmate peculiari de Jurisprudencia papizante, & commemoratus Jctus Lipsiensis in der Probe des Teutschen Geistlichen Rechts, wie solches ohne Päßstische oder Papenzende Verfälschung könne vorgestellet werden; sed cum haec nostra pomperia quodammodo excedant, nobisque haud integrum fit, falcem in alienam messem immittere, saltem ea considerabimus ad examen revocando, quae propius forum theologicum spectare, vel saltem maximam cum eo affinitatem habere, videntur.

§. II. Non autem ad unum, sed ad multa doctrinae capita ea referre possumus, quae maximam adhuc partem post Reformationem inter nos, quoad doctrinam remansisse, Novatores praepostere existimant. *Primum caput Theologiam in genere, ejusque tractandae Systematicum modum spectat.* Notum enim est, nostram in Scholis receptam, Theologiam tradendi rationem, convitio *Theologiae scholasticae, Mataeologiae, Pseudorthodoxiae, Grammatolatriae,* aliisque calumniandi generibus a LANGIO, ZIEROLDO & LYSIO profcindi, quibuscum ex una parte crassiores & subtiliores Indifferentistae, ex altera autem vehementiores Fanatici maxime conspirant. CHRIST. THOMASIVS in denen Anmerckungen über Pufendorf. Tract. von der geistlichen Monarchie p. 289. frustra conqueritur, & sanctissimo DEI nomine abutitur: *Wolte Gott, daß auch auf denen Protestirenden Universitäten nicht noch hin und wieder merckliche Reliquien von der Scholastischen Theologie und Philosophie anzutreffen wären!* Orthodoxiam autem, quam nostri Theologi in Compendiis & Systematibus ad usum vel tyronum, vel provectorum adornatis, sollicite & accurate observare solent, aliorum risui sic in dedicatione jam dict. Annotat. ad Reformatos quosdam Theologos exponit: *Ich bin in Leipzig so orthodox aufgezogen worden, als*